Philelphus, Franciscus : [Epistolae] Epistolare

[Basel: Johannes Amerbach], [ca. 1492] 





idē in nos eſt:q ſp fuit. Agat ut libet. Ego is ſum:q̄ & pacis & belli artes egregie calleo:q̄uis pace philoſophus magis delecter q̄ orator bello. Sed qm̄ dixit Carolus:ut idē mihi matthias retulit:ſe inueniſſe in noſtris ſcriptis quædā quæ ipſe nō ꝓbet:ſi de ijs loquit᷑:quæ in eū ſcripſim⁹: recte qdē nō ꝓbat. Quis.n. ꝓbet:quæ in ſuū dedec⁹ ſcripta ſint:etiā ſi ea merito optimoq; iure in ſe ſcripta animaduertit? Qđ ſi circa litteras & diſciplinā erratum putat: uellem id oſtē-deret:quo uel me uel ſeipſum doctiorē efficeret. Nam qđ rogatus a Matthia ut quod inſimulabat:referret ī mediū: reſpōderit Carolus ſe nō meminiſſe: nō potui id audiens nō ridere:præſertim cum ſeſe memoriæ imprimis laudari uelit. Hæc iccirco ad te ſcripſi:ut Caroli erga nos uoluntatem nō ignorares. Neq; tu igit᷑ nec ali⁹ qſq̄ poſſit iure Philelfum accuſare:ſi nō infert:ſed ꝓpulſat iiuriā. Nicodemū aūt non poſſum non mirari:qui ut audio:nihil eorum egerit:quæ princeps iuſſerat. Vale ex Mediola. xij. Cal᷑. Martias. M.cccc.Li.

Frācíſcus Philelfus Nicodemo trancbedino ſal.

m Emini quæ nuper cū Mediolanū reuertiſſes:mecū de ijs locut⁹ es:quæ noſter optim⁹ princeps tibi in Etbruriā abeunti iuſſerat. Scio itē ea de re litteras rurſus a principe ad te datas: at Matthias triuianus familiaris noſter ac bonus plane uir cū iſtac iter faceret repetitur⁹ Mediolanū: locutus eſt cū eo uiro:qui cū omnis res agit᷑. Is nihil abs te ait audiſſe hac de re nec principis noīe:nec aliter prorſus. Itaq; nō poſſum nō mirari. Scis tibi rē eſſe cū ſatyro. Vale ex Mediolano. xij. Cal᷑. Martias. M.cccc.Li

Frā. Phi. ſa. pl. di. Ciccho Simōetæ ducali ſecretario.

e Go te plurimū rogo at oro:ut rē meā iātādē expedias. Nihil.n. prudēti uiro ſtulti⁹ duci puto q̄ ſibi ac rebus ſuis neſcire cōſulere. Nec em̄ mihi ſemp pendēdū eſt. Ita eſſe ut ſum:neq; principi conducit:nec mihi. Vale Ex Mediolano: xij. Cal᷑. Martias. M.cccc.Li.

Franciſcus Philelfus Iacobo camerinati ſal.

i Llis. M. Tullij Ciceronis orōnib⁹ quas a me cōmodato accepiſti:ut iā cupio. Itaq; eas uelī: ꝓpediēad me des. Nam iamdiu tuo hoſpitio uſæ ſunt. Quare facito

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0283
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG